

vari componimenti e discorsi del V., con trentacinque epistole, fra le quali **ricorrono** nell'ordine consueto le epistole dirette nel 1395-6 a Santo de' **Pellegrini** ed a Giovanni da Bologna, laddove manca, come in C, il **gruppo** delle epistole dettate nel 1411 allo Zabarella. L'unico scritto **vergeriano** che si conserva integralmente solo in R è il discorso « **O altitudo divitiarum** », del quale però, come s'è detto, qualche brano **leggesi** nella frammentaria aggiunta al codice Brunacciano (B⁴, c. 91).

fosse mai compiuta, le diciannove lettere del perduto codice Muranese non bastano a rappresentare il corpo d'un volume di epistole vergeriane. Tuttavia, considerazioni d'ordine cronologico escludono l'ipotesi che il codice imprestato da Enrico Petronio fosse la prima raccolta di B. Ecco il testo dell'epistola del Dolfin:

Petrus Delphinus monachus egregio doctori D. Henrico Petronio salutem.

Accusare me potes ingratitudinis, quod accepto iam diu beneficio et quidem inter cetera que mihi conferri queant optatissimo, nondum tibi gratias egerim, tarditate diuturniori quam par fuerat usus in rescribendo. Sed absit a me ut oblivioni te tradam, qui me, ut ex ornatissima tua epistola colligere aperte licet, tam precipua caritate tibi devinxisti, ut loco ex distantia a tuo conspectu disiunctum, animo tibi copulatissimum effeceris. Agnosco delictum meum erga te quantum sit; si illud persolvere hactenus neglexi, non oblivioni ascribas oro, sed occupationibus quibus premor magis quam pro viribus; qui enim presunt, iuxta Apostoli sententiam, in sollicitudine. Tui vero quomodo aut quando oblivisci poterò, quo auctore ditata est cellula nostra, epistolarum scilicet volumine eloquentissimi viri concivis tui Petri Pauli Vergerii? Est in manibus liber, quem cum lego; lego autem fere quotidie; Ciceronis profecto epistolas non desidero; ita mihi omnem illius vim et copiam atque ornatum assecutus videtur. Cum vidissem multis retro annis ac pene puer eius opusculum *de liberis educandis*, semper id mihi carissimum habui ac maximi faciendum duxi, eius memoriam, qui illud ediderat, cum summa colens veneratione ac pietate. Postea vero quam epistolas eius legendo percurri, longe mihi clarius eluxit singulare illud P(etri) Pauli nostri ingenium ac vix cuiquam nostri temporis imitabilis dicendi facultas. Eius re vera precipuas animi dotes nemo satis digne, non dicam laudare, sed ne admirari quidem valeat; quas ineptus laudator subiteo, presertim cum tibi quam mihi lucidius constant. Hoc itaque abs te donatus munere, gratias ago, vir eruditissime, precorque ut adhuc diebus aliquot libellum ad me transmissum esse apud nos sinas, donec pauculas, que restant, epistolas transcripsero, ut me tibi obligatiorem reddas et gaudium meum sit plenum. Venturus est post pascha ad vos D. Benedictus secumque librum tuum deferet. Vale ac me sicut facis ama.

Ex Monasterio Sancti Michaelis Murani, .x^o. kal. februar. 1479.

In quanto al destinatario, rammentiamo che Enrico di Piero di Enrico Petronio, dottore in legge e conte palatino (ved. il privilegio, concesso nel 1363 alla famiglia da Carlo IV, nel vol. XXXIII dell'Archivio Civico di Capodistria, c. 284) era imparentato con i Vergeri mediante due matrimoni: a) quello contratto addì 25 aprile 1450, tra Iacomo di Colmano [9] de' Vergeri e Francesca del fu Enrico Petronio (Archivio Civico di Capodistria, vol. XXVII, c. 82 b); e b) quello, in data del 28 novembre 1475, tra Pier Paolo [13] di Vergerio [12] de' Vergeri e Fiorelucia del fu Manfredino del fu Enrico Petronio (ivi, volume XXXVIII a, c. 102). Sicchè, col sussidio de' testamenti di Lucia di Tarsia